

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Wolan! G' Ditt grüßte dich/du bist sehr hoch
geehret/

Maria/ G' Dittes Gnad' ist bey dir einge-
sehret;

Das ist des Engels Gruß. Doch sol-
get nimmermehr

Das man Mariæ solt' erzeien gött-
lich' Ehr.

Ex v. 34.

*Quum superent hominum mysteria calica captum,
In sacris iudex litera sacra fiet!*

ORACULUM SACRUM XXII.

Ebr. IV. 12.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργείας, καὶ πα-
τερὸς ὑπέστασαν μάχαραν δίζομον, καὶ
δικνησιν ἄχελ μερισμῶ ψυχῆς τοῦ καὶ πνεύ-
ματος ἀρμώνη καὶ μιλῶν καὶ κερπικὸς ὠθυ-
μῆστων καὶ ἐννοιῶν καρδίας.

Latina versio Vulgata.

Vivus est sermo Dei & efficax, & pe-
netrabilior omni gladio ancipiti, & per-
tin-

N 5

tin-

tigens usq; ad divisionem animæ ac spiritus, compagum quoq; & medullarum, & discretor cogitationum ac intentionum cordis.

Versio B. LUTHERI.

Das Wort Gottes ist lebendig und kräftig / und schärffer denn kein zweyschneidig Schwerdt / und durchdringet bis das es scheidet Seele und Geist / auch Marck und Bein / und ist ein Richter der Gedancken und Sinnen des Hertzens.

N O T A.

1. Per λόγον, τὸ Θεῶν quidam intelligunt λόγον ὑπὸ κατακλινῶν, uti hæc vox de filio DEi accipitur, Joh. I, 1. & 14. I. Joh. I. i. cap. V. 7. Apoc. XIX. 13. Alii verò hunc locum de λόγῳ ἁγίῳ Θεοῦ exponunt. Sed quia usus hujus vocabuli pro Filio Dei D. Johanni Apostolo est peculiaris, & in aliis scripturæ locis eadem epitheta λόγῳ ἁγίῳ Θεοῦ tribuuntur, quæ hoc loco Apostolus enumerat, ideo cum Theologo incomparabili B. Gerharδο posteriorum sententiam amplector.

2. De-

2. Deinde è loco præfence tale fluit argumentum:

Cui tribuitur iudicium intimarum cogitationum & penetralium cordis humani, ei tribuitur etiam iudicium de fide, confessione omnibusq; actionibus & institutis hominum spiritualibus.

At tale iudicium h. l. tribuitur verbo DEi.

E. etiam verbo Dei tribuitur iudicium de fide, confessione, omnibusq; actionibus & institutis hominum spiritualibus, *contra moysesq; Pontificios, qui non solum scripturam sacram, quæ verbum DEi est, verbum mutum cum Tannero, & iudicem mortuum cum Melchiorre Cano absq; Pontificis Romani interpretatione ac declaratione proclamant, sed & Spiritum sanctum per scripturam sacram loqui, & controversias fidei dijudicare posse, pernegant.* Nota enim est impia Gretscheri Jesuitæ, quam in Colloquio Ratisponensi prodidit, temeritas, ubi non semel, sed iteratâ vice Spiritum sanctum per scripturam iudicare non posse, repetiit, & hac voce *Adsit, adsit, adsit, & condemnet me*, non sine stupore audientium Eyangelicorum, ad spiritum sanctum provocavit. Vid. Colloq. Ratispon. sess. 9. p. 29. Nota quoq; sunt, quæ Bellarminus lib. 4. de V. D. c. 12. scri-

scribit: Scripturæ finis non est, UT SIT REGULA FIDEI, sed ut sit quoddam commonitorium utile ad conservandam & fovendam doctrinam, ex prædicatione acceptam. A quâ opinione num procul absint Calviniani, & num verè credant, *solam sacram scripturam propheticam & Apostolicam esse perfectam, sufficientem, & perspicuam omnium controversarum religionis normam ipsi viderint*, propriam consulentes conscientiam. Ego progredior &

3. Ex hoc sacro oraculo ita colligo: Si verbum DEI est vivum & efficax, utiq; non erit mortua litera, *contra modo nominatos Pontificios, quibus adsurgunt Anabaptistæ & Weigeliani, contendentes, sensum literalem esse umbram, sonum Anti-Christianum, sapientie expertem, spiritu vacuum fundamentum, arenosum, saluti noxium, ambiguum in verbis, imperfectum in doctrina, mortuum & inefficacem in litera, ineptum ad consolationem.* Quæ omnia blasphemò ore in sacram scripturam evomit Cyclopica Weigelii Theologia.

4. Verbum DEI in se est verbum vivum h. l. est verbum vitæ, Joh. VI. 68. est potentia ad salutem omni credenti Rom. I. 16. & II. Tim. III. 15. *τὸ ῥῆμα τοῦ θεοῦ ζῶν καὶ ἀκίνητον* dicuntur *ὁὐκ ἀνεβα ἰουὰς ὀφθαλμοῦ αὐτοῦ ἀκίνητος.* Quod autem huic verbo plu-

plurimi non auscultant, hoc non verbi impotentia, sed obstinata auditorum malitia est imputandum. Nam verbum ipsum in se est vivum & *ὄντως τὸ Θεῶν*. Multi autem homines reperiuntur, qui verbum illud prædicatum nec recipiunt, nec in corde bono custodiunt, Luc. IIX. 5. & seqq. *contra modo nominatos Neopropetas. & cum primis Calvinianos, divellentes interiorum Spiritus sancti gratiam ab æterno verbi ministerio, & contententes, quòd hoc sit commune reprobis & electis; illa autem ad electos solos restringatur, vel, quòd verbum tantum testimonium præbeat ipsius rei, quàm intus Deus peragit.* Vide Beumleri verba in nobilissimi Theologi & Philologi undiqvæq; celebratissimi Dn. D. Welleri AntiMaslon. primo p. 333. Zwinglium contra Strassium, & Oecolampadium distinct. 63. contra programna Succicum.

5. Deniq; ex h. l. tale fuit ratiocinium:

Si sermo Dei est vivus & efficax, & penetrabilior omni gladiò ancipiti, utiq; superare atq; vincere potest conscientiam erroneam, modo homo non obicem ponat spiritui sancto, nec ei præfractè reluctetur, *contra Remonstrantes virtutem atq; efficaciam scriptura sacra non esse tantam, ut si conscientia contraveniat eidem lacuna*

locum relinquere debeamus. Sic enim illi in Apol. c. XXV. f. 289: *Verbum DEi, est vim ex se & per se habeat, tamen non obligat quonquam, nisi intellectum & sic prout adhibita omni possibili diligentia & prudentia intelligendum esse creditur.* Et paulo post: *Nemo obligatur ad verum verbi divini sensum sequendum contra conscientiam suam, licet erroneam.*

6. Gladius in sacra scriptura metaphoricè notat vel rem nocentem, ut Ps. XXII. 21. LV. 2. LVII. 5. LIX. 8. Job. V. 15. Vel rem penetrantem & efficacem, uti h. l. Confer Ps. CXLIX. 6. Mich. V. 5. Ephes. VI. 17. Verùm hoc sacrum oraculum ulterius excutere animi prolubium non est, sed placet nunc audire.

HARMONIAM PATRUM.

*Quod verbum DEi sit vivum
& efficax.*

Sermonem DEi dicit scriptura gladium bis acutum, propter aciem geminam Testamentorum duorum, *August. lib. XX. de C. D. c. 21.*

Svave est mihi eloqvium tuum, vivus enim sermo & efficax. *Cyprianus de Baptismo Christi.* Omnia verba divina, quamvis rustica sint & incomposita, VIVA sunt. quoniam
intus

intus in sensibus suis habent positam veritatem Dei, quasi sanguinem in venis inclusum, & ideo VIVIFICANT audientem, sicut testatur Petrus ad Christum dicens: quò ibimus verba vitæ habes, *Chrysostr. hom. 46. in cap. 23. Matth.*

Quòd scriptura sacra sit iudex controversarum.

Scriptura divinitus inspirata ARBITER à nobis constituatur, & apud quos inventa fuerint dogmata divinis sermonibus concordantia, his omnino etiam veritatis suffragium accedat, *Basil. M. Epist. 80. ad Eustachium Medicum T. 4. p. 714.*

Apud Ecclesiæ alumnos non ad humanas rationes & cogitationes dirigendæ sunt res divinæ, sed ad sensum & voluntatem doctrinæ, spiritus oratio interpretatioq; accommodanda. *Iustinus Martyr in Expos. fidei de recta confess. T. 3. p. 375. A.*

Nobis nihil ex nostro arbitrio inducere licet, sed nec eligere, quòd aliquis de arbitrio suo induxerit. Apostolos Domini habemus auctores, qui nec ipsi quicquam de suo arbitrio, quòd inducerent, elegerunt; sed acceptam à Christo disciplinam fideliter nationibus adsignarunt. Itaq; etsi Angelus è cœlo nobis

nobis aliter Evangelizaret, anathema diceretur à nobis *Tertul. l. de Præscrip. adv. hæret. c. 6. T. 3. p. 390. F.*

Ich kan doch mit Vernunft nicht fassen
noch verstehen
Wie das Wort worden Fleisch. Drum wil
ich weiter gehen
Und hören wie die Schrift mir dieses
recht erklärt /
Die ist das Lebens Wort / und zwies
geschärfftes Schwerdt.

IN DIE VIRIDIUM.

E verbis institutionis cœnæ Dominica
litteris consignatis, à tribus fide dignissimis Spi-
ritus Sancti cancellariis, videlicet Matth. XXV.
26. 27. 28. Marc. XIV. 22. 24. Luc. XXII. 19. 20.

*O sacram cœnam, quâ nos sub pane cibamur
Corpore, sub vino sanguine Christe! tuò.*

ORACULUM SACRUM XXIII.

1. Cor. X. 15. 16.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ὁς Θεῶν τοῦ σώματος ἐσθίετε ὑμεῖς ὁ Θεὸς